

**Copia litterarum  
missarū ab illustrissimo Vice,  
zege Neapolitanō, ab Illustr. D. Comitē de Ēis-  
funes, oratori Cesarē maiestatis apd Romanū  
Pōeficē, de auxilio classe armata p̄fessio Coro-  
nē per mare, C expeditionē facta per illustrissimū  
D. Andricā de Juria, mīse Augusto. Anno 1533**



**CRACOVIE IMPRES-**  
**sum p̄ Florianum Vnglciūm.**



O D I E R N A D I E  
quæ est xxv. mensis Augusti  
 anni præsentis, hora viceima,  
 venit tabellarius ab Hidrunto  
 à domino Marchione de Tri-  
 palda, cum fascicula litterarum  
 a domino Andrea de Auria, Principe de Mel-  
 phi, Capitaneo generali Cæsareae maiestatis  
 classis armatae, & alijs litteris filiorum meorum,  
 ac aliorum nobilium, qui mihi significarunt li-  
 teris datis Coronae xij. mensis præsentis. Qua  
 liter classis Cæsarea die secunda huius mensis  
 ex Sicilia soluens cum galeis vigintiquinq;  
 naubus quindecim, carrachis quatuor, &  
 galeonibus tribus, onusta tormentis belli-  
 cis, & peditatu Hispanico, qui in regno erat  
 Neapolitano, & alijs nobilibus Hispanis & Ita-  
 lis, qui ardentiissimo animo gloriæ cupidi ut in  
 tercesserit sanctæ expeditioni & inseruaret Deo  
& Cæsareo maiest. p utilitate reipub. christiane  
 Ibatur cōtra imanissimos canes, inimicos fidei ca-  
 tholicæ armati & bene ordinati, quæ admodum  
 Cæsareae M. & præfato Principi Andreæ de  
 Auria optime constat, Nauigandoq; eadē clas-  
 sis Cæsarea die octaua mensis præsentis, offens-  
 dit classem Turcicam intra vnum promonto-  
 riū locum munitū & difficiliorem, q; ut clasi-



sis ho stiliis vi expugnari posset, quæ erat nus  
mero septuaginta magnarum nauium, quin-  
quaginta octo galearum, duorum galeatorum,  
& decem fustarum, quarum omnium nauium  
puppes terram spectabant, proræq; in nostros  
directe erant. In his nauibus multi erant Jani-  
ceri viri satis bellaces, & alijs Turcæ rerum ma-  
rinarum admodum periti, cum tot machinis  
bellicis, quot tanta classis ferre potuit, quam  
cumprimum inclita Cœsarea classis vidit, eue-  
stigio ex ea duo galeones Principis Andreæ  
de Auria ducibus & militibus strenuis. mul-  
tisq; tormentis instructi, in Turcas cum tanta  
vehementia, & tam tetro horrendoq; sono tor-  
mentorum irruerūt, ut mundus aperiri, cœlū  
q; & terra ruere viderentur. Atq; ita nī nīrum  
magnæ ferme horæ intercessit spaciū, q; pro-  
pter fumū extormētis illi duo galeones nō po-  
querant videri, qui ad extremū floccipendendo  
& multitudinē, & fortitudinem Turcarū, eos  
ingenti clade affecerunt, classem eorum, vt cō-  
fusis ordinibus tumultuaretur, distraxerunt,  
multos trucidarunt, multas galeas, & alias na-  
ues destruxerunt, malis, remis, velis, & alijs  
nauium ornamētis corruptis & confractis. D.  
Andreas de Auria summus classis præfectus  
veritus ne illi duo galeones, qui classem Turs

carum proprius obruebant, periclitarentur,  
incredibili etiam flagrans desiderio cum Tur-  
cis oōgredi, nauium præfectis ut fannem ea die  
Cæsari & reipublicæ Christianæ fiauarent ope-  
ram animatis, vexilisq; in altum erigi ac ex-  
pandi iussis, classe ad pugnam instruxta in Tur-  
cos magno impetu irruit, bombardas exonera-  
ti iussit contra immanissimos canes, in ipsorum  
naues & gentes, qui tanto pauore & trepidatio-  
ne erant circumuenti ac cōsternati, ut mox fu-  
gam circumspicerent, ut nedum cum nostris  
manus cōferecie, sed ne bombardas quidē suas  
exonerare auderent. Princeps Andreas de Au-  
ria venti prosperitatem secutus Coronam ver-  
sus vela vertit, vt octo milib⁹ Hispanorū, Ita-  
lorum, & Græcorum succuteret, qui grauem  
à Turcis obsidionem tollerabant & fame pers-  
nitosa premebantur. Nā in ea vrbe inclusi, ad  
eam commicatus inopiam deuenerant, vt pet-  
vicos dies herbas, equos, asinos, & alias besti-  
as esui abhominales, postremo & soleas cal-  
ciamentorum deroquerc ac mandere coperen-  
tur, ne in manus hostium fidei Christianæ im-  
manissimorū deueniret. Enim uero haud mul-  
to antea Græcos decem, qui famē vltierius fers-  
te nō valuerunt in aperium egressos accom-  
prehensos barbara feritate extoriatos cutibus

nucliarunt, ac in craticulis crudeliter affarunt; postremo Hispani, Itali, & Graeci, qui Coronę  
arcta obsidioue premebātur famae adacti, infra  
dies paucos deditio[n]em facere proposuerant,  
Sed Deus omnipotens per suam infinitā mis  
ericordiam in termino sex dierū misit eis sup  
pērias cum magna fœlicitate & prosperitate,  
Nec voluit ut imanissimus Turca, & magnus  
canis obtineret victoriam, aut gloriam de eius  
Christianis. In ingressu classis Cœsareæ in por  
tum Coronensem, duę naues quæ vehebāt Ca  
pitaneum Hermosiliam, & eius copias secutæ  
classem à longe à tergo remanserant, eas Tur  
cæ solas cōspicati, impetum in eas fecerunt, ex  
pugnatoq[ue] castello puppis in una nau, & pro  
ræ in altera, omnes Christianos quos ad manus  
habere potuerūt crudelissime trucidarunt. Ee  
tam periculum certaminis ad Hermosiliā Ca  
pitaneum peruenierat, qui thorace ferreo muni  
tus, & bene armatus spataq[ue] oblongioris ma  
nubrij, utracy manu tenta, tam fortiter decer  
tauit, capita, brachia, & crura Turcarum des  
truncando, vt cruentam stragem in eis edides  
rit, certus prius mori, q[ue] in hostium venire pos  
testatem, & ita cum suis fortissimis commilito  
nibus tantisper se defendit, quoad auxiliares  
naues & succursus ei superuenient. Princeps,

carum proprius obruebant, periclitarentur, incredibili etiam flagrans desiderio cum Turcis oōgredi, nauium præfectis ut fortè ea die Cesari & reipublicæ Christianæ fiauarent operam animatis, vexilisq; in altum erigi ac expandi iussis, classe ad pugnam instructa in Turcos magno impetu irruit, bombardas exonera ni iussit contra immanissimos canes, in ipsorum naues & gentes, qui tanto paurore & trepidatione erant circumuenti ac cōsternati, ut mox fumam circumspicerent, ut nedum cum nostris manus cōfereire, sed ne bombardas quidē suas exonerare auderent. Princeps Andreas de Austria venti prosperitatem secutus Coronam versus vela vertit, ut octo milib<sup>o</sup> Hispanorū, Italicorum, & Græcorum succuteret, qui grauem à Turcis obsidionem tollerabant & fame perniciosa premebantur. Nā in ea vrbe inclusi, ad eam commicatus inopiam deuenerant, ut per vicenos dies herbas, equos, asinos, & alias bestias esui abhominales, postremo & soleas calciamentorum decoquere ac mandere cogerentur, ne in manus hostium fidei Christianæ immansimorū deueniret. Enim uero haud multo antea Græcos decem, qui famē uiterius fuisse nō valuerunt in aperium egressos ac comprehensos barbara feritate extoriatos cutibus

nudarunt, ac in craticulis crudeliter affarunt; postremo Hispani, Itali, & Græci, qui Coronę arcta obsidioue premebātur famae adacti, infra dies paucos deditio[n]em facere proposuerant, Sed Deus omnipotens per suam infinitā misericordiam in termino sex dierū misit eis superiorias cum magna fœlicitate & prosperitate, Nec voluit ut imanissimus Turca, & magnus canis obtineret victoriam, aut gloriam de eius Christianis. In ingressu classis Cœsareæ in portum Coronensem, duæ naues quæ vehebāt Capitaneum Hermosiliam, & eius copias secutæ classem à longe à tergo remanserant, eas Turcae solas cōspicati, impetum in eas fecerunt, ex pugnatōq[ue] castello puppis in una nau, & prore in altera, omnes Christianos quos ad manus habere potuerū crudelissime trucidarunt. Et tam periculum certaminis ad Hermosiliā Capitaneum peruenierat, qui thorace ferreo munitus, & hene armatus spataq[ue] oblongioris manubrij, utrāq[ue] manu tenta, tam fortiter decrtauit, capita, brachia, & crura Turcarum des truncando, ut cruentam stragem in eis edidessit, certus prius mori, q[ue] in hostium venire postatem, & ita cum suis fortissimis commilitonibus tantisper se defendit, quoad auxiliares naues & succursus ei superuenit. Princeps,

sequidem Andreas de Auria à longe cōspicacius suis laborantes fortissime decertare, resis-  
tua classe in portu relicta, cum parte nauium  
ad ferendum suis suppetias à portu Coronensi  
si soluit, & naues suas iam pene captas recuper-  
auit in quibus quingētos laniceros, qui in eas  
ingressi erant, interfecit, & centum in potesta-  
tem redactos cepit. H̄i capni referebant genes-  
talem Capitaneum Turcicæ classis præfe-  
stum, magno Turco arcto sanguinis vincis-  
to iunctum, trucidatum esse. Ita Princeps de  
Auria victoria inclyta potitus, Turcorū classē  
semilaceram ad portū vscj Modonensem est  
insecutus, nō sine magno damno, confusione  
& levitate eorum. Interea temporis dum clas-  
sis Cesareæ pars Modonē versus Turcarū clas-  
sem fugabat, alterius classis milites, qui ad por-  
tum Coronensem penetrauerant in terrā de-  
scenderunt, & cū illis Hispanis, Italīs, & Græ-  
cis, qui Coronæ obsidionem tollerabāt famæ  
seminectis, armis sine vlla dilatione sumptis,  
parefactis portis, in exercitū Turcarum, qui  
terra Coronam urbem obsederat erumpendo  
nuaserunt, Turcę vero audacia Christianorum  
consternati vix tentato prelio, castris omnifa-  
riam cōmeatu plenis, tormentis bellicis, & alijs  
impedimentis, etiam equorū ephippijs relictis

in fugam se proripuerunt Modonem versus;  
& Christiani quamuis famæ & siti præmerentur,  
non cessarunt tamen dictū exercitus Turcic  
terrestrem magno animo insequī ad Iongum  
terre spaciū, extremū fugientiū agmen  
carpeō, & trucidādo. Ceperūtq; tres magnas  
bombardas & vīctnalia multa, cū infinitis ves  
timentis, tentorijs, equis, & alijs rebus, quæ  
longum esset enumerare. Nos cū auxilio omnis  
potentis & magni Dei maiorem speramus vi  
ctoriam, quę postq; successerit per infinitā suā  
misericordiam & bonitatē, vos reddemus cer  
tores. Ad seruitū & honorem Cesareæ M.,  
& reipublicæ Christianæ fœliciter Amen;